BJ Bren. B. V. 18

CORONELLA

In honorem Immaculatæ Conceptionis.

BEATISSIMÆ VIRGINIS.

MARIÆ,

Ex Candore MARIANO

DESVMPTA;

Ad laudandam Sanctissimam

TRINITATEM

PP. Camald. *In tres partes* Insulæ Virgin.

DIVISA.

Pientissimis Confratribus ejusdem Misterij Cultoribus.

Vt Sanctissimæ Triadi gratias solvant,

Pro excellentijs Gloriosæ Virgini MARIÆ

COLLATIS,


De novò oblata, &

IMPRESSA.

Cum licentia Superiorum.

CRACOVIÆ, Typis Michäélis Dyaszewski, S. R. M. Typographi. *A. D* 1747.

In Gentilitium Stemma.
Perillustris Reverendissimi
DOMINI MECÆNATIS.



I.

Sub Cruce, parte tenes, partē
  cum Matre IOANNES.
Quam colis, Hæc TIBI, nunc
  integra Mater erit.

Per Illustri & Reverendissimo
DOMINO,
D. MICHAELI JOANNI BOBRYKOWICZ,
Canonico Ecclesiæ Cathedralis Chełmensis, Cancellario Lublinensi, Præposito in Kijany &c.
PRÆLATO & MECÆNATI Meo AMPLISSIMO.

HOnori Tuo *militaturus* Perillustris Reverendissime Domine Mecænas Amplissime, *ne informis in* Tuo *Majestuoso appaream conspectu, formam à primo instanti* Conceptionis Nobilissimam, *informem nunquam, nam plenissimâ gra-*

tiâ Dei *formatam, Virginem ſcilicet Sanctiſſimam,* Immaculatè Conceptam MARIAM, *ut pro* Te *mecum certet aſſumo; dum* Tibi *ad* Ipſius Immaculati Cōceptus Honorem, *devotiones ſequentes pridem luci publicæ datas, nunc dein expoſitas, ſupplex offero.* Exiles *quidem ſunt, aſt ponderoſæ ſatis, dùm ingentibus Sanctæ* Eccleſiæ *theſauris onuſtæ,* Tuæq; *maximæ protectioni ex ipſo nomine,* Michàél quis ut DEUS? *ad conſervandum jure meritò concreditæ. Hanc enim Virgineam devotionem ſervare & promovere ſenſus eſt* Tuus *quia* Ioannis, *qui Illam quam* Patris *potentia Nati Sapientia,*

amor

amor Spiritûs Sancti *ab initio & ante sæcula fabricavit, sibi olim pro Matre commendatam felix accepit in sua. Cum hâc habitare, vivere, aut veriùs per hanc quæ sibi devotis dat vitã, vives* Tu Dignissime Mecænas *vita Beata, dabit* Tibi *Nomen perenne, in quo dignitas Nobilissimæ Domus* Tuæ *perennabit. Scribes pro illa* Reverendissime Canonice *non jam Apocalipsim, sed cum Antistite* Augustino lib: 12 in Gen: *irrefragabiles sequẽtes Canones.* Cum subjectio originalis peccati, caput sit diaboli, tale caput Maria contrivit, quia nulla peccati subjectio ingressum habuit in animã

Virginis, & ideo ab omni macula immunis fuit. *Obsignabis scriptum hôc, legalizatione* Tua *velut sigillô ceu annulô Piscatoris* Reverendissime Cancellarie *dulcissimo Divi Basilÿ prologuio:* Quid dulcius Fratres charissimi, quid jucundius, quid salubrius, quid felicius, quàm de Beata VIRGINE loqui, de VIRGINE cogitare! hæc est quæ fuit in utero Matris absq; originali peccato Concepta & generata, ab omni maritali vitio segregata, omni etiam veniali peccato privata. & in cunctis actibus & moribus SPIRITUS SANCTI gratia plena & fœcunda. *Hæc Basilus Serm:*

de

de Annunt: Hôc *factô*, *Gentilitia* Tua *Arma*, *prævisâ Passione* CHRISTI *redemptam defendent*, *corda*, *amore* DEI & MARIÆ *ſauciata innocentiam ejuſdem proteſtabuntur*, & *in ſignum affectûs*, *roſas ſine ſpinis indefeſſa promotione* Tua *in odorem ſvavitatis*, DEO, ANGELIS, & Hominibus *ferent*, *ſicque Divinis chariſmatibus formata*, *uſque ad futurum ſæculum conſervabuntur. Ergo formam hanc devotionum de forma*, *nunquam informi tractantem*, *ſuſcipe gratus* Mecænas Ampliſſime, & *ſic ejus protectione formatus*, *poſt*

sæcula mille; Annis, & Honoribus gravis, in districto DEI judicio vacuus non comparebis.

Ita vovet

Perillustris Reverendissimæ Dominationis Vestræ, Mecænatis Amplissimi.

Devinctissim⁹ Servorũ Servus;

Fr. Ioannes Capistranus Posaniecki C, A. Crac:

Ad Marianum Lectorem.

MOnitum te velim Mariane lector, Coronam hanc *Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ*, quòad substantiam precum, non novam sed antiquam esse, etsi quòad accidentales Orationes diversificet. Pro hac recitanda & conservanda *in Ordine Sancti Patris Nostri FRANCISCI.* imó. R. P. Raphàél de Lgota impetravit à *Leone X.* Fratribus Minorum de Observantia duodecim millia Annorum, toties quoties illam recitaverint, pro reverentia, VIRGINIS, pro Summo Pontifice

tifice, & Vniverſali Eccleſia A. D. 1521. Idem obſervavi Romæ, in Hiſpanijs, Gallijs, ac Noſtra Polonia, pro qua ulteriùs comprobanda, omiſſis plurib⁹ extraneis auctoribus, ſint Tibi documento domeſtici. 2dò A. R. P. Paulus Kozłowſki Societatis IESU Theologus, qui Coronam hanc quòad Identitatē precum Varſaviæ in libro Sodalitatis Marianæ *pag*: 131. ſub titulo *Corona Minor, ex duodecim privilegijs Immaculatæ Cōceptionis B.V.M. cōcinnata* circa A. D. 1647. impreſſit. 3*tiò*. R.P. Frāciſcus Dzielowſki in libro approbato, intitulato *Cibus quotidian⁹ Minoritarū* eandem

Coronam

Corônam *pag.* 230. ſubſtantia-liter explicuit, A. D. 1672. Cracoviæ edito. 4*tò*. Eandem Coronam devotiſſimè compoſuit (ſervatâ precum ſubſtantiâ) Illuſtris Clariſſimus & A. R. D. Magiſter Stanislaus Filipowicz Sacræ Theologiæ in Alma Vniverſitate Cracovienſi Profeſſor, Collega Major, S. FLORIANI Canonicus, & Eccleſiæ Igolomienſis Curatus, ac Promotor Immaculatæ Conceptionis Confraternitatis Indefeſſus, & Typo expreſſit Stylô Polonicô A. D. 1737. Vnde cum Sanctiſſimus Dominus iam in Cælis cũ DEO regnans *Benedictus XIII.* A. D. 1727. Bullam pro Ordi-

ñe Minorum ad ampliandum Cultum *Immaculatæ Conceptionis* extradiderit, & in Illa ſpecialem de Corona *B. V. M.* in feſti ejuſdem *Conceptionis* obſequium ritè compoſita mentionem fecerit, ac Confraternitates *Immaculatæ Conceptionis*, tàm erectas quàm erigendas in Eccleſijs Noſtris, ad omnes Indulgentias *SS. Roſarij* ac *Scapularis* admiſerit: Ideo Noſtræ Confraternitatis *Immaculatæ Conceptionis* Fratres & Sorores, ſervatâ proportione in omnibꝰ, has Indulgentias participatè, ſibi appropriare licitè & liberè poſſunt, quarum Seriem ex *Indulgentijs SS. Roſarij* deſumptam

ptam

ptam, acomodè post Bullã subsequentem ad Omnipotentis Dei laudem, *Immaculatæ Parentis Honorem*, S. Ecclesiæ utilitatem, & Animarum salutem *Tibi* propono: *Vale.*

Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri.

BENEDICTI XIII.

Pont: Max:

CONSTITVTIO.

PRo institutione *Archiconfraternitatis Conceptionis Deiparæ Virginis*, in hujus Ecclesia urbana de Aracæli Conventus Fratrum Minorum, qui de Observantia nuncupantur.

ROMÆ MDCCXXVII,
Ex Typographia Rev: Cameræ Apostolicæ.

A 7 BENE-

BENEDICTVS EPISCOPVS.

Servus Servorum DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

1. EX quo Sedes Apostolica diem festum in honorẽ *Conceptionis B. M. V. Immaculatæ* suprema sua auctoritate olim instituit, cælestibus indulgentiarum thesauris eum ditare, precibusq; Christi fidelium pro illo pie celebrando, sibi porrectis, benignas frequenter aures præbere consveuit. Quare nos quoq; Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigia sectantes, supplicibus petitionibus, quæ nobis pro cultu erga eandem Beatissimam Virginem per alicujus

sodalitatis

ſodalitatis erectionem promo-
vendo, porriguntur, libenter
añuimus. II. Itaq; dilectus fili-
us, Fr. Ioſephus Maria ab Ebo-
ra Procurator generalis Ordi-
nis *Fratrũ Minorũ B. FRAN-
CISCI*, de Obſervantia nuncu-
patorum, exponi nobis fecit,
hujuſmodi Fratres, qui Cælorũ
REGINÆ verbo & ſcriptis augẽ-
dæ venerationis in terris uſq; à
primo ſui Ordinis exordio ſtu-
dioſiſſimos ſeſe oſtenderunt, *&
piarum precum, quas Coronam
B. M. V. vocant, recitatione,
Chriſti fidelibus propoſita*, ſa-
criſq; laudibus *in feſti ejuſdem
Conceptionis obſequium, rite cõ-
poſitis*, alijſq; quam plurimis ar-
gumentis

gumentis suum erga prædictam Virginem devotionis affectum ferventiùs confovere non destituerunt, nec desistunt, summopere optare, ut Christianus populus ad pia opera sub auspicijs ejusdem *Conceptionis B. M. V. Immaculatæ* excitetur; & propterea in Ecclesia eorum Conventus, *S. MARIÆ de Aracœli* nuncupatæ, de Vrbe, unam utriusq; sexus Archiconfraternitatem auctoritate nostra institui postulare sub invocatione ejusdem *Conceptionis*, illamq; postquam, ut infra, erecta & instituta fuerit in locum Archicōfraternitatis etiam *Conceptionis B. M. V.* nuper certis de

causis

causis, tunc adductis, in insigni, sæculari, & Collegiata Ecclesia S. LAURENTII, *in Damaso* nuncupata, de eadem Vrbe, per Nos suppressæ & extinctæ, quoad indulgentias, privilegia ac indulta spiritualia tantum substitui & subrogari, ac alia ei per Nos, ut infra concedi, & impertiri. III. Nos, qui Ordinem prædictum, de Ecclesia Catholica optimè meritum, semper eximia dilectione prosecuti sumus, eorundem Fratrum propositum plurimum in Domino commendantes, *ac Conceptionis ipsius Virginis DEI Matris MARIÆ* cultum & venerationem augere, animarumq; salutem

lutem paterna caritate promovere cupientes, dictumq; Iose, phum Mariam specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sētētijs, cēsuris & pænis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum cōsequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus, illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, dilecto filio moderno Ministro, sive in ejus defectu, Vicario, aut Commissario Generalibus toti9 Ordinis prædicti, harum serie

indul-

indulgemus, ut in dicta Ecclesia *S. MARIÆ de Araceli* de Vrbe unam utriusq; sexus Christifidelium Archiconfraternitatem, quæ non sit pro hominib⁹ unius specialis artis, sub eadem invocatione & denominatione Conceptionis *B. M. V. Immaculatæ*, auctoritate nostra Apostolica erigat atq; instituat ad omnipotentis DEI laudem, animarumq; salutem, & ejusdē *B. M. V.* honorem cum privilegijs, ab Apostolica Sede collatis, quibus Archiconfraternitates *SS. Rosarij, ac B. M. V. de Monte Carmelo*, & quē nos ipsi professi sumus, Fr: Prædicatorum, & ejusdem *B. M. V.*

de

de Monte Carmelo, Ordines, exceptis tamen Indulgentijs, his Ordinibus quomodolibet concessis, utuntur, fruuntur & gaudent, dilecti filij nostri in Vrbe prædicta ejusq; districtu Vicarij in Spiritualibus Generalis, vel cujusvis alterius licẽtia desuper minime requisita, utq; eamdem Archiconfraternitatem sic, ut præfertur, erigendam, eidẽ primodicto Ordini pro infrascripta participatione indulgentiarum, eidem concessarum, ac piorum operũ, per illius Fratres exercendorũ, uniat & incorporet, Apostolica auctoritate prædicta, tenore præsentium, facultatem concedimus

cedimus & impertimur. Ceterum, ut Christi fideles spiritualium gratiarum & privilegiorũ muneribus illecti, se eidem Archiconfraternitati alacrius inscribant, nos eam substituimus & subrogamus in locum alterius Archiconfraternitatis *Conceptionis B. M. V.* per nos in prædicta Ecclesia S. LAURENTII *in Damaso*, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, quòad participationem indulgentiarum, privilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumq; gratiarum spiritualium, quibus ultimodicta Archiconfraternitas tempore suppressionis, & extinctionis gaudebat & gaudere

poterat

poterat; dummodo Sacri Concilij Tridentini decretis non adversentur; non vero eamdem Archiconfranitatem subrogamus in locum alterius quòad jura quæcumq; conferendi, & nominandi, ac temporalia bona quæcumque. IV. Insuper indulgentias per felicis recordationis IULIUM Papam II. aliosq́, Romanos Pontifices prædecessores nostros concessas, *ad deferentes & pie recitantes dictam Coronam B. M. V. per Fratres jam dicti Ordinis benedictam*, eisdem modo & forma, quæ à Confratribus dictæ Archiconfraternitatis *SS. Rosarij* observantur, auctoritate nostra

tenore

tenore præſentium extendimus & ampliamus cum quibuſcũq; alijs indulgentijs & gratijs ſpiritualibus, quæ Confratribus quarumcumq; Confraternitatũ, ſub eadem invocatione Conceptionis *B. M. V.* hactenus ubicumq; erectarum, quas firmas eſſe volumus; ac tribus Ordinib⁹ *B. FRANCISCI*, huc uſq; per Romanos Pontifices quomodolibet, reſpectiv e, conceſſæ fuerunt; earum omnium tam ſub plumbo, quam in forma Brevis confectarum literarum tenores, ac ſi præſentibus de verbo ad verbum insererentur, pro expreſſis & inſertis habentes; Miniſtro autem, ſeu Vicario

rio

rio vel Commiſſario Generalibus primodicti Ordinis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, tenore earundem præſentium cõcedimus pariter & indulgem⁹ ut utriuſq; ſexus Confraternitates ſub prædicta invocatione Conceptionis *B: M. V. Immaculátæ*, ubivis locorum, tam in eorundem Fratrum primodicti Ordinis, quam in quibuſvis alijs Eccleſijs vel Oratorijs, ſub eorum directione, aut regimine quomodolibet exiſtentibus, vel non exiſtentibus, erigere & inſtituere poſſint, nec non eaſdem & quaſcumq; ſub eadem invocatione ad præſens canonice erectas & inſtitutas, & im-

poſterũ

poſterum Canonice erigendas
& inſtituendas Confraternita-
tes, & quò ad erectas & inſti-
tutas, prævia ceſſatione & re-
vocatione quarumcumq; alia-
rum indulgentiarum, ipſis quo-
vis modo per viam cujuſvis ag-
gregationis, & communicatio-
nis cuilibet Archiconfraterni-
tati, aut alias conceſſarum, di-
ctæ Archiconfraternitati, ut
prædicitur, erigendæ aggrega-
re libere & licite valeant, ſer-
vata tamen forma. Conſtitu-
tionis piæ memoriæ *Clementis
Papæ VIII.* ſimiliter prædeceſ-
ſoris noſtri, ſuper dictarũ Con-
fraternitatum erectionibus &
aggregationibus editæ, priva-

tive quòad alios, circa hujusmodi erectiones, imposterum faciendas. 5tò Decernentes, easdem præsentes nullo unquã tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, aut revocari ullatenus unquam posse, sed illas semper & perpetuò validas existere, suosq; plenarios & integros effectus in omnibus & per omnia sortiri & obtinere, sicq; & non alias, per quoscunq; judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici au-

ditores

ditores, ac S. R. E. Cardinales, etiã de latere Legatos, judicari & definiri debere, ac irritum quoq; & inane, quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. 6tò Non obstantibus piæ memoriæ antecessorum nostrorũ, ejusdem *Clementis Papæ VIII.* & *Pauli V.* similium gratiarum revocatoria seu moderatoria, alijsq; Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnõ, quatenus opus sit, nostris & Cãcellariæ Apostolicæ regulis de indulgentijs non concedendis ad instar, ac de jure quæsito non tollendo, primodictiq; Or-

dinis etiam juramento roboratis, statutis & consvetutinibus, ceterisq; contrarijs quibuscunque. *7mò*. Volumus autem, ut Confraternitatum, quas imposterum Archiconfraternitati ut prædicitur, erigendæ aggregari contigerit, officiales seu administratores pro redditione rationis administrationis bonorum temporalium, Ordinarijs locorum subjecti permaneant. *8vó*. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, impartitionis, substitutionis, subrogationis, extensionis, ampliationis, indulti, & absolutionis infringere, vel ei ausu temera-

rio

rio contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. PETRUM *Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo viceſimo ſeptimo, Kalēdis Aprilibus, pontificatus noſtri Anno tertiò.*

P. Card. Prodatarius.
Pro Domino Cardinali Oliverio.
C. Archiepiſcopus Emiſſenus.

V I S A.

De Curia I. Archiepiſcopꝰ Ancyranꝰ
Lucas Martinettus. *Regiſtrata in Secretaria Brevium.*

INDULGENTIÆ.

Confraternitati Immaculatæ Conceptionis B, V. MARIÆ, apud Fratres Minores de Observãtia Cracoviæ erectæ, à Benedicto XIII. per Bullam: *Ex quo Sedes Apostolica*: in perpetuum concessæ,

I. *QVi nomen suum dat ad Album Confraternitatas confitendo & communicando prævie, lucratur Indulg. plenar.*

II. *Qui in Festo Immac. Conc, B. V. M. vel intra ipsius octavã confitetur, lucratur Indulg plenar.*

III. *Qui potest confiteri, vel saltem Nomen IESV proferre in articulo mortis, tam Fr. quam Soror lucratur Ind. pleuar.*

IV. *Quilibet Frater & Soror manentes in Festis Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis & Nativitatis B. V. M. devoti lucr. Indulg. plen.*

V. *Qui assistunt Missæ cantatæ cum expositione Sanctissimi pro Fundatoribus & Confratribus, primo Sabbato Mensis dici solita lucr. Indulg. plẽ.*

VI. *Qui assistunt Processionibus Confraternitatis, lucratur Ind. plen.*

VII. *Qui visitant altare Confraternitatis, lucr. Ind. plen.*

VIII. *Quicunq; Sacerdor recitans Missam pro Anima Confratris vel Sororis, lucr. Ind. plen. & liberat Animam Ejus de purg.*

IX. *Quicunq; Sacerdos cantans vel dicens Missã de Immaculata Conceptirne, quæ incipit:* Egredimni. *lucr. Indulg. plen. pariter & illi qui curant.*

curant, ut cantetur vel dicatur ante Altare Immac. Concept. Confraternitatis.

X. Qui recitant Coronam Immaculatæ Conceptionis B. V. M lucrati Indulg. plenar.

XI. Omnes Fratres & Sorores, in festis Desponsationis, ad Nives, Præsentationis, & Expectationis partûs, B. V. M. lucr: Ind. 7. Annorū & totidem quadragenarum.

XII. Qui recitando Coronam Imm. Conc. offert illā pro Anima alicujus, & curabit Nomen illius albo dare Confraternitatis confitendo &c. animam illius de purgatorio liberabit.

XIII. Qui penes se portabit Coronam, ita ut ab alijs videatur, ducentorum Annorum Indulgētiam lucrabitur cum totidem quadrag.

XIV. In omnibus alijs totius Anni Sabbatis, qui adsunt Missæ Solemni ut supra dici solitæ, centum dierum Indulg. lucrantur.

XV. Qui assistunt electionibus Confraternitatis centum dierum Indulgentijs gaudent.

XVI. Pro omni opere bono, pro Eleēmosynis huic Confraternitati oblatis, & alijs pijs, operibus, quilibet 60. dierum Indulgentias consequitur.

INFORMATIO.

Corona Immaculatæ Conceptionis B. M. V. pro Ave Maria, debet habere globulos Albos, ad demonstrandam innocentiam Sanctissimæ Matris, pro Pater noster, globulos Rubros, seu purpureos ad indicandam Regiam Ipsius Majestatem. In funiculo colorem Cæruleum ad repræsentandam Ipsius exaltationem supra Cælos & omnem Creaturam.

Spes mea Virgo pia, Virgo Sacra,
Virgo MARIA.

Semper honos Nomenq; Tuum
laudesq; manebunt.



Benedi-
cta sit
Sancta,
& Imã-
culata

Conce-
ptio
Beatæ
Virginis
MARIÆ

Supra scriptã Oratiunculã qui recitaverit devotè, toties quoties id fecerit, consequitur Indulg: centũ Annorũ à Greg: XV. in Aõ 1621. concessã.

ORACULA
Sanctorum Patrum.
Pro incitatione Lectoris ad ferventē Devotionē erga Immaculatè Conceptam Virginem,
APPOSITA:

SIcut primus Adam formatus fuit ex terra, antequam esset maledicta, ita secundus Adam formatus est ex terra Virginea nunquam maledicta. *S. Andr: Apost: scribit Abdias l. 4 Historiæ in ejus gestis.*

O MARIA! quam felix es, & fortunata, quæ initio, & ante sæcula, & in initio Viarum DEI, ap ipso electa fuisti, & Adæ peccatô prævisô, non fuisti

cum omnibus alijs condemnata, sed voluit DEUS, ut merita Filij Tui Tibi super omnes prodessent, Teq; pro minimo momento voluit inimicā, sed semper pro charissima amica. *S. Thom: Apost: serm. de tran. Virg: B. apud Amadeum rap. 8.*

Hoc est Corpus: hic est Sāguis D. N. IESU CHRISTI, quod, & quem assumpsit ex Domina nostra, & Immaculata Virgine MARIA. *S. Marcus Evang. in sua Liturgia.*

Credo, dico, assero, & juro Beatissimam Virginem nostrā, in æterna prædestinatione, singulari privilegio munitam, nec à sua Conceptione in aliquo violatam.

olatā, sed semper mansisse, ac permansisse illibatam. *S. Petr: Cluniacensis Epist.* 10. *ad Nicol. Tom.* 12.

Sanè Deus æternus, sicut mirâ sapientiâ creavit omnia, sic Benedictam suam Matrem talem condidit, & sanctificavit in tempore, qualē decebat habere suam gloriosissimam Majestatem. *S. Bernardinus Senēsis, serm:* 52.

ORACVLVM
Æternæ Veritatis.
Cuidā Sanctæ Animæ declaratū

NE dubites amica mea, sed pro certo habeas, quod postquam rebelles Angeli de Cœlo ad tartarū sunt detrusi,

boni Angeli in gratia DEI æternùm confirmati, omni annò Festum Conceptionis dilectissimæ meæ Genitricis in Cœlesti curia, solemniter celebrârunt; cũ enim in mente Divina illam noverint ex singulari privilegio, ab æterno præservatam, ideo ab Angelis talis Mariæ præservatio festivissimè solemnizata est. Scias præterea, eum, qui devotè in terris hanc ipsam Festivitatem celebrabit, veniam peccatorum consecuturum, & post temporalem hanc vitam, æternâ tandem in Cœlis perfruiturum. *Hæc sunt verba Christi, ex Bernardino de Busti serm. 8. de Concep. & Iosep. Zoller desumpta.*

In

In reliquo, me, & omnia in hoc opuſculo contenta, ſubijcio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Iudicio.

CORONELLA
In honorem Immaculatæ Conceptionis

BEATISSIMÆ VIRGINIS

MARIÆ,

CONSCRIPTA,

Et Pientiſſimis Confratribus ejuſdem Miſterij Cultoribus

OBLATA,

Ad laudandam Sanctiſſimam

TRINITATEM

In Tres Partes

DIVISA,

Ut Sanctiſſimæ TRINITATI gratias ſolvant pro Excellentijs Glorioſæ Virgini MARIÆ collatis hoc modo

RECITANDA.

B 7 *Primò*

Primò præmittatur Symbolū, seu Fidei Confessio Apostolica per Credo in unum DEUM, &c. *quô recitatô.*

Pro prima Parte Coronæ dicatur Pater noster, *& quator* AveMARIA: *quibus finitis, gratiæ agantur DEO Patri Omnipotenti, & offeratur hæc pars Coronæ modò sequenti.*

OFfero tibi PATER Æterne hanc partem Coronæ Immaculatæ Filiæ tuæ in plenam, & integram adorationem Sanctissimæ Personæ tuæ, gratias agens infinitas Majestati tuæ pro quatuor donis specialiter per te integerrimæ Virgini MARIÆ Filiæ tuæ collatis.

1. Quod

1. Quod illã ab æterno ordinaſti in Matrem Vnigenito Filio tuo.

2. Quòd illam in Conceptione ab originali peccato præſervaſti.

3. Quod illam omnibus gratijs tuis exornâſti.

4 Quód illam ab omni peccato actuali immunẽ ſervâſti.

Pro his favoribus tibi ſit sũma laus, honor, & gloria, in ſæcula, Amen.

Pro ſecunda Parte Coronæ dicatur Pater noſter, *& quatuor* Ave Maria, *reddanturq́ gratiæ Vnigenitô* DEI *Filio, & offeratur hac pars modo ſequẽti.*

Offero

OFfero tibi Æterne Fili IESU CHRISTE, mundi Salvator, hanc secundam partem Coronæ, in honorẽ Immaculatæ Cõceptionis Sanctissimæ MATRIS tuæ MARIÆ, & tui supremam laudem; gratias agens tibi, pro donis, ipsi collatis, & præcipuè.

1. Quòd illam per Angelum Gabrièlem visitâsti, & Incarnationem tui in Sanctissimo Vtero ejus nuntiasti.

2. Quòd in eodem Sancto Vtero Naturam nostram assumpsisti, & Homo factus es.

3. Quòd de illa sine dolore nasci dignatus es.

4. Quòd illius dulcissimis uberib⁹ lactari mirabiliter voluisti.

Pro

Pro his privilegijs ſit tibi ſumma laus, honor, & gloria in ſæcula.

Pro tertia parte Coronæ dic Pater noſter, *& quatuor* Ave Maria, *& hanc offeras cũ gratiarum actione Spiritui Sanctiſſimo; ſic.*

OFfero tibihanc tertiã partem Coronæ Immaculatæ Sponſæ tuæ Mariæ Spiritus Sanctiſſime in honorem, & exaltationem donorum tuorum, gratias tibi agens infinitas, quòd ſpecialiter his exornâſti Sanctiſſimã Animã V. Mariæ, Patronæ meæ, & præcipuè.

1. Quod illam in caput Virginum evexiſti.

2. Quòd

2. Quòd illi Coronam Martirij non denegâsti.

3. Quòd illam Magistrã Apostolorum fecisti.

4. Quòd illam cum Corpore, & Anima ad Cœlum assumpsisti, & supra omnem creaturam extulisti.

Pro his favoribus sit tibi sũma laus, honor, & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

℣. Cum jucunditate Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ recolamus.

℟. Ut

℟. Vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum nostrum IESUM CHRISTUM Filium suum.

OREMUS.

DEus, qui conceptam sine macula originali Sanctissimam Virginẽ MARIAM, Matrẽ tuam Apostolo tuo IOANNI in Corona duodecim stellarũ splẽdidissima revelâsti; da nobis fidelib⁹ tuis, ipsa intercedente, qui in terris duodenas excellẽtias ejus recolimus, ut coronâ immortalis gloriæ tuæ coronemur in cælis. Qui vivis, & regnas cum DEO Patre, in unitate Spiritûs S. DEus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

DE-

DEFENSORES
Immaculatæ Conceptionis
Beatissimæ Virginis
MARIÆ,

ILla VIRGO, illa MARIA, illa, SANCTA, præservata fuit à peccato originali in primo instanti suæ Conceptionis & libera ab omni culpa, & qui ita non senserit, non consequetur salutem æternam. *S. IACOBVS Major* apud Copecium *dis*: 1 de Conc. & apud Velasquez *fol.* 339. ex Iosepho Zoller, *pag:* 186.

CRede filia, quoniam rectè sentiunt omnes ij, qui me

præ-

præſervatam ab originali macula, & credunt & confitentur: male autem, qui contrarium ſentiunt, præſertim ſi opinioni illi cum temeritate adhæreant. *Ex rev: S. BRIGITÆ.* Trithemius in Chron: Hirſaug: *Annô* 1369.

DOCTOR ANGELICVS Explicat ſenſum Lectionis ſuæ *in 3. parte ſummæ poſitæ.* Fantino Antiſtiti Pataviẽſi *In hæc Verba.*

SCias Domine Epiſcope, quia, quando talem opinionem poſui, habui reſpectũ ad Divinum Statutum, quia Beata VIRGO peccatum origi-

nale

nale contrahere debebat, nisi per Filium suum fuisset præservata. Sed DEI FILIVS, Matrem suam ab originali macula præservavit. *Ex R. P. Iosepho Bogucki SOCIETATIS IESV Theologo in lib. intit: Festum Innoc: pag: 82.*

Status Vniversus.

A Primis Ecclesiæ sæculis, nullus fuit Imperator, nullus Rex, nullus vir sangvine & statu Illustris, qui piam de Immaculata Conceptione opinionem non fuerit professus. *Idem R. P. Bogucki ex P. Mendo pag. 45. libro eodem.*

DIcò primò quod Domina nostra fuit plena gratia

in

in ſua ſanctificatione, gratia ſcilicet præſervativa, contra fæditatem originalis culpæ, quam contraxiſſet, in Conceptione naturæ, niſi ſpeciali gratia fuiſſet præſervata, præventaque. *S. BONAVENTURA Doctor Eccl: Seraph: Serm:* 2. Ioſephus Zoller, *pag:* 69.

CVm omnimodo conſtet, ab originali contagio ſola gratia, mundatam eſſe Mariam: quippe cum & nunc in Baptiſmate, ſola hanc maculam lavet gratia, & ſola eam raſerit olim petra circumciſionis, ut omnino pium eſt credere, proprium Maria deli-

ctum non habuit. *S. BERNARDVS Abbas serm: de Assump:* Iosephus Zoller, *pag:* 65.

NOn enim tantum dolet anima cum à corpore avellitur, quantus dolor est, Te Immaculata privari. *S. GERMANVS de dormit B, V. M.* Iosephus Zoller *pag:* 151.

SOla illa electissima DEI Mater hoc habet quod in initio essendi, sub nequitia maligni deficere nequivit: puta, quod in creatione, rationalis anima in corpore, & separatione à corpore, in potestate maligni nunquam fuit. Sola igitur gloriosissima Virgo, non reperitur tempore ullo, peccato originali subjacuisse. Nicolaus Cusanus, *lib* 8 *in Cant,* & Josephus Zoller, *pag.* 254.

LITANIÆ
DE B. JOANNE CANTIO.

KYrie eleiſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos, Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis DEUS, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi DEUS, Miſerere
Spiritus Sancte DEUS, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus DEUS, Miſerere
B. JOANNES CANTI, Ora pro nobis.
Vir inclyte, Ora pro nobis.
Pater clementiſſime, Ora pro nobis.
Confeſſor Venerabilis, Ora pro nobis.
Famule JESU Chriſti,
Deiparæ Virginis cultor,
Mentium Beatarum imitator,
Hæres Cæleſtis,
Polonorum decus,
Incola & tutor Cracoviæ,
Alumne Sanctæ ANNÆ,
Honorificentia popoli Chriſtiani,
Fax virtutum,
Speculum innocentiæ,
Regula perfectionis,

Ora pro nobis. Ora pro nobis

Sacra-

Sacrarium timoris Domini,
Operator miraculorum,
Suscitator mortuorum,
Firmamentum Academicum,
Doctor pacis,
Gloria Sacerdotum,
Sydus fulgens Ecclesiæ
Contemptor mundi,
Domitor carnis,
Victor Sathanæ,
Patrone Studiosorum,
Magister ignorantium,
Lucerna ardens amore proximi,
Salus infirmorum,
Nutritie pauperum,
Refugium afflictorum,
Lumen cæcorum,
Vita morientium.
Liberator captivorum,
Exorator peccatorum,
Portus naufragantium,
Custos peregrinantium,
Auxiliator parturientium,
Præco Judicij Divini,
Tutelaris & Patriarcha noster,
Consors Sanctorum omnium.
Peccatores, Te rogamus audi nos,

Ut

Ut nos ab omni calamitatum genere cuſtodire digneris Te rogamus.
Ut toti Regno, Eccleſiæ, & Academiæ patrocinari digneris, Te rogamus.
Ut nobis pacem, gratiam, & vitam æternam impetrare digneris, Te rogamus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

Pater noſter, Ave MARIA, &c.

℣. Ora pro nobis B. JOANNES CANTI
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne DEUS, qui Beatum JOANNEM CANTIUM, Confeſſorem tuum atq; noſtrum apud te Patronum eligere dignatus es: præſta quæſumus, ut quidquid mali peccatorum noſtrorum turpitudine, dicto, facto, & cogitatione promeruimus: aut

ſcienter

ſcienter, vel ignoranter commiſimu
ejus pia interceſſione, ab omnium in
micorum adverſitatibus, ac triſtitia men
tis & corporis liberari mereamur. Pe
Dominum noſtrum JESUM Chriſtu
Filiũ tuũ, qui tecum vivit & regnat, &

DOmine DEUS noſter, qui ſpecia
gratia Sanctos eligis, da nobis qu
ſumus per munus tuæ gratiæ Beato D
ctori IOANNI CANTIO ſingulariter,
affatim tributæ, ut in ipſo te laudemu
vitamq; illius imitantes, ejus in omnib
interceſſionem ante conſpectum tuu
referamus. Per Dominum noſtrum &

DEUS tuorum gloria Sanctorum pr
ſta quæſumus, ut per interceſſione
B. JOANNIS CANTII ab omnibus lib
remur malis animæ & corporis, & ad v
tam perducamur ſempiternam. Per D
minum noſtrum &c. Amen.

Ad S. SEBASTIANUM.

SAncte Sebaſtiane, magna eſt Fides tu
intercede pro nobis ad Dominun
JESUM Chriſtum, ut à morte ſubitan
peſte, morbo epidemiæ & à morte
perpetua liberari mereamur.

HYMNUS De B. JOANNE CANTIO.

INclytum Regni Columen Poloni,
Magne Doctorum Pater, alme CANTI,
Lechicos inter radians Patronos,
Posce Tonantem.

Solis ut claros rotat orbis ignes,
Sic micat nostro tua lux in orbe,
Noctis ut Princeps superat minores,
Cynthia flammas.

Grande Virtutum teneris ab annis,
Te jubar, cinxit, niveique dotes,
Pectoris, devotaque mens profundo
Numine mersa.

Regiæ Magni Jagelonis Aulæ,
Diva quam Pallas, Cracidos beatis
Incolit tectis, Lapis angularis,
Atque Columna es.

Te Sophûm mitræ, viridesquê laurus,
Quas tuæ frontis nive consecrasti,
Prædicant unum; tibi de tuoque
Munere vivunt.

Terna te laurus triplici coronans
Fronde, mortali positum sub umbra,
Jam perennantis beat ut sitisti
Pignore laudis.

Arte Cœlesti probitatis in te,
Norma formata est; voluitque pingi
In tuo primùm speculo, togatæ
Regula vitæ.
Asperi carnem domuêre cultus;
Cor tibi flammis amor ussit ingens:
Divitis prædæ data vestis instar
Cessit & esca.
Sæpius vestes tulit indigentum,
Nuditas, quæ cor tibi lancinabat
Quo tegis nudum tibi Christus Ipse,
Reddit amictum.
Virginum Virgo tibi destinatum
Contulit vitæ decus innocentis;
Dum tibi castam posuit virentem
Fronte coronam.
Addidit pennas tibi vis amoris,
Ad viam Sacri properans Sepulchri;
Æstuans longè positas salutis
Curris ad undas.
Dulcis est visus tibi sudor omnis,
Arctiùs qui te superis ligabat,
Viluit mundi comitata multo,
Felle voluptas.
Noctium Sacras, vigilesquè curas,
Flammeus cordis superabat ardor;
Tanta de Cælo tibi gratiarum
Copia fluxit.

Hinc tibi sensus humiles placentquè
Ima contemptus, tumidusquè saecli
Vincitur fastus, pede mortis atra
Colla premente.

Bethleem dum sol oritur tenellus,
Occidis sydus Lechiae coruscum;
Fasciis carum tenuit JOANNEM
Te DEUS infans.

Sic vetus transit rigor, in beatae
Gaudium vitae, grave sed relictis
Vulnus haesisset nisi sacra nobis
Busta dedisses

Mira queis grati data vis odoris.
Et solum latè reficit, Polumquè,
Ad tuos dum tot cineres stupenda
Computat acta.

Vota quot plebis, pia tot fatentur,
Luxquè eis Sacrum tumulum perennis,
Quam preces semper venias petentum
Pronus ad omnes.

Ergo Lechei diadema Regni
Protege & summos Pater alme fasces.
Regia nam te posuit Patronum
Numen in urbe.

Vindices iras, solii tremendi
Tolle, placando; dabit hoc petenti
Summa Majestas, redeatquè Caelo
Pax bona per te.

Cracii Musis faveas Lycai,
Magnus in Regno Lechiæ Patronus;
In tuo natos gremio Parentum
Optime serva.
Mentium lumen, sapientiaq;
Impetra nobis jubar, ut beato,
Lucis æternæ potiamur omnes,
Te Duce Regno.

Oratio ad eundem D. Patronum.

O Præclarum, & ingens exemplar veræ humilitatis, & summe contemptor mundi vanitatis, B. IOANNE CANTI, Doctor pacis, & tranquillitatis vitæ Christianæ, auctor misericordiæ & condolentiæ super miseria proximi oro te per ista dona, quæ tibi sunt DEO concessa, ut intercedas pro nobis in istis vitæ periculis constitutis: (ut in castitate, atquè humilitate, & amore Dei proximiq; viventes, rectâ cõscientiâ & exemplo sanctæ vitæ, alijsquè præluceamus; ac Domini nostri IESU Christi, per solius meritum & gratiam, promissionibus digni efficiamur Amen.

Ss. Usum F. Jacobo a Celle